

F
VII
8
18

SPECIMEN EURISTICAE MEDICAE AD PLEURITIDEM ADPLICATAE.

Nebst angehängtem Schreiben, die Einimpfung der künstlichen Blattern betreffend.

AUCTORE
CAROLO LUDOVICO BRECHT,
MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORE.

HAMBURGI,
EX OFFICINA M. C. BOCK.
MDCCLXIX.



A SUA

ALTEZZA SERENISSIMA,

MIO

SIGNORE

CAROLO,

DUCA REGNANTE DI

WIRTEMBERG E TECK, PRINCIPE DI MOEMPELGARD, SIGNORE DI HEYDENHEIM, E JUSTINGEN, CAVALIERE DEL TOSON D'ORO;

E

GENERALISSIMO DEL CERCOLO DI SUABIA &c.

AL MIO GRAZIOSISSIMO SOVRANO.

Operetta. Risguardata questa della sublimità di Vostra Altezza Serenissima, sembiera certamente vile e di niun pregio, è considerata come la misura delle mie piccole forze, arriverà appena al grado della mediocrità. Non mi resta dunque altro, se non la speranza, ch' Ella si degnerà, di risguardarla come un dovuto Omaggio, che prendo l'ardire, di mettere ai suoi piedi. Lasciata la patria coll' intenzione di conoscere principalmente altre celebri, è rinomate Università, e trovandomi presentemente d'un anno in quà in questa illustre

ſtre Citta d'Amburgo, mi parve un preciſo dovere, di dare queſta picciola prova, di non avere io conſumato tuttaſſatto inutilmente il tempo. Piaccia al ſupremo Signore, di conſervare la preziosiſſima vita di VOSTRA ALTEZZA SERENISSIMA fino ai piu rimoti anni, LA colmi vieppiù di ogni genere di proſperità, e di Gloria. Ed in far ciò eſaudiſca una parte eſſentiale delle mie quotidiane ardentiſſime brame, giunte a quelle di tutti i di LEI fedeliſſimi ſudditi. Conqueſti Sentimenti, i quali m'accompagneranno dappertutto, ove io mi ritrovo,

trovo, ho l'honore di rassegnarmi col più profondo rispetto è venerazione,

di Vostra Altezza Serenissima

umilissimo, divotissimo
Servo e suddito
Carolo Lodovigo Brecht
Dottore di Medicina.



Nullum reperire licet caſum medicum individualem, quin ferè omnes veritates, medico ſcitu neceſſarias, in abdito & in ſuis quaſi viſceribus habeat. Et quamvis theſaurus ille pretioſiſſimus non omnibus ſtatim pateat, ſed abſconditus multisque rebus peregrinis circumſitus ſit. Putem tamen, ejus inveniendi rationem cum tanta difficultate conjunctam haud eſſe, ſi vel artis medicæ tyro virgulam, ut ajunt, illam divinatricem, accuratæ quippe attentionis rectæque rationis adhibere velit. Ponamus exempli gratia duos Caſus medicos. Quorum alterum Illuſtris Hoffmannus in Conſultationum & Reſponſorum medicinalium Centuria Ima pag. 450. attulit.

„Fœmina LIV. annorum, nocte præcedentibus aquilonibus ventis, qui exceperant humidos auſtrales diu „ſpirantes, corripitur dolore ſiniſtri lateris, ſpirandi „difficultate & quodam horrore; ſubſequitur mox „pulſus celer & frequens cum calore præternaturali. „Accedit altero die tuſſis vehemens, aſpera & ſputum

„*ejicitur ſanguine tinctum cum ſymptomatum exacer-*
„*batione. Hinc judicatum fuit, ſubeſſe Pleuritidem,*
„*cui remedia diaphoretica ac diſcutientia opponeban-*
„*tur. Tertia die valde conquerebatur de dolore ſub*
„*coſtis nothis lateris ſiniſtri. Quare externe adplica-*
„*batur ſpiritus vini camphoratus cum Eſſentia croci*
„*& Balſamo Peruviano mixtus, qui non tantum*
„*lateri thoracis ſiniſtro. ſed & coſtis & hypochon-*
„*drio ſiniſtro forinſecus fuit admotus. Interea tuſſis*
„*continuabat vehemens cum ejectione pituitæ craſſæ;*
„*noctes erant inſomnes & ſudor fluebat largior. Dati*
„*igitur nitroſi & reſolventes pulveres, quibus miti-*
„*gatus eſt æſtus & facilior reddita ſpirandi anguſtia:*
„*externe vero ad dolorem, qui valde affligebat, compe-*
„*ſcendum, unguentum ex oleo hyoſciami, camphora &*
„*oleo carvi adplicatum: unde omnis in thorace remiſit*
„*dolor & ſomnus fuit quietior. Sed poſt ſomnum*
„*peſſime ſe habuit, æſtus invaſit intenſior, magna vi-*
„*rium proſtratio, inſignis pectoris oppletio, at vero*
„*difficilior illius expectoratio, adeo, ut adſtantes, rem*
„*fore conclamatam, crederent. Omiſſo igitur unguen-*
„*to, externe adplicabatur iterum ſpiritus vini cam-*
„*phora probe ſaturatus, interne dabatur pulvis ex*
„*lapidibus cancrorum ſolutis nitro, ac camphora mix-*
„*tus & ſingulis quatuor horis cum aqua ſcordii pro-*
„*pinatus. Hinc dolor rediit, æger ſudavit & excre-*
„*tio materiæ pituitoſæ liberior facta eſt, ita, ut opti-*
„*ma ſpes reconvaleſcendi adparuerit, quæ etiam die*
„*ſeptimo, largiore ſudore ſequuto, implebatur. Inte-*
„*rim ægrota de dolore hypochondrii ſiniſtri, qui ad*
„*umbilicum uſque pertingebat, gravativo, nonnunquam*
„*pungitivo, conqueri cœpit, qui cum corporis debili-*
„*tate, urina rubicunda cum ſedimento, pectore vero*
„*ſalvo ac integro, fruſtra adhibitis clyſteribus carmi-*
„*nativis, aliisque, per tres adhuc inhæſit hebdomadas.*
„*Tandem denique per alvi profluvium ſublatus eſt,*
„*quo*

*„quo quotidie septies, quin & decies alvum deposuit,
„cum excrementis non modo odore fœtentissimis, sed
„& materia purulenta & quandoque sanguineis gru-
„mis permixtis. Quare ordinabantur pulveres ex ni-
„tro, myrrha, antimonio diaphoretico & croco para-
„ti; decoctum ex veronica, scordio & hedera terre-
„stri confectum; oleum amygdalarum dulcium cum
„jusculo quotidie sumendum; externe inungebatur
„axungia taxi cum oleo nucistæ, chamomillæ atque car-
„vi maritata & his sedato alvi fluvio doloribusque
„sopitis ægra convaluit.*

Hactenus ille.

Alterum casum celeb. Timæus de Guldenklèe Op. med. Libr. II. pag. 88. sequentem in modum nobis exhibet: Ibi:

*„Dus. Pritz Consul temperamenti calidi & humidi,
„corpore obesus & plethoricus, postquam æstuante
„cœlo ad salinarum fontes exspatiatus supra modum
„incaluisset, noctu incidit in febrem acutam cum tussi
„& dolore lateris sinistri pungitivo, respiratio sub-
„sequebatur difficilis, pulsus durus, inæqualis & ve-
„lox, exspuitiones subpurulentæ & interdum san-
„guine tinctæ. Hinc ad materiæ præparationem &
„expectorationem præscriptum est decoctum mane &
„vespere sumendum.* ℞. HB. *Scabios. Card Bened.
„aa. Mj. flores Bellid. c. fol. Viol. papav. errat. aa.
„M. iß. Rad. liquir. ℥ß. Cichor. ʒiij. Asparag. fœ-
„nicul. aa. ʒijß. Passul minor. ℥j. ficuum nro V.
„Sem. melon. Card. Bened. aa. ʒij. fœnicul. ʒj. coq. ex
„sufficient. quant. aq. hord.* ℞. *Colatur.* ℔. *iß. Sy-
„rup. d. liquir. ℥iß. flor. rhœad. ℥j. Spirit. 🜍ris.
„acid. gtt. XV. M.*

*„Ad caloris incendium sitimque restinguendam com-
„mendata est tinctura flor. rhœad. cum 🜄 farfar &
„heder. 🜃stris; additis guttulis aliquot -Ω- 🜍ris
„acidi extracta & Syrupo ex iisdem floribus edulcora-*

 ta.

„*ta. Sæpe etiam mixturæ ſequentis cochlear unum*
„*atque alterum æger delibabat.* ℞. ▽ *ſcabioſ.*
„*Card. Bened. farfar. aa.* ℥iij. *Syrup. Viol.* ℥iß.
„*rhœad.* ℥j. *ſucc. citr. recent. expreſſ.* ℥iß. *M.*
„*Ad doloris mitigationem lateri affecto emplaſtrum*
„*diachylon ſimplex alutæ inductum adplicatum eſt &*
„*cordis refectioni multum profuit Confectio Alkermes*
„*cum* ▽ *Timæi cordiali frigida & Syrupo perlarum*
„*orientalium exhibita. Victus inter initia præſcri-*
„*ptus tenuis ex cremore ptiſanæ hordeaceæ, poſtmo-*
„*dum & ova tremula, carnes pullorum, gallinarum-*
„*que, piſcesque melioris notæ & friabiles conceſſa.*
„*Pro potu ordinario commendata Cereviſia ſerveſtana*
„*& Colbergenſis,* ▽ *item hordei cum paſſulis & li-*
„*quiritia decocta. Vino prorſus interdicto & omni-*
„*bus adſtringentibus atque frigidis, undecimo die*
„*convaluit.*

Ex præmiſſis hiſce duobus caſibus facilis jam quidem aditus eſſe videtur ad veritates medicas ex ipſis rerum & eventuum indiciis eruendas. At prius tamen, quam rem ipſam aggrediamur, e re noſtra eſſe duximus, definitiones, quæ ad abſtrahendas e caſibus ſingularibus veritates medicas non nihil faciunt, partim præmittere, partim aliis interponere, eaque, quæ dicturus deinceps ſum, quorumque aliud ex alio conſequitur, membratim proponere, què omnia, quæ ſequuntur, eo facilius ac diſtinctius intelligi queant. Quod quidem ita præſtare conabimur, ut, quæ a Logicis traduntur, bene cogitandi præcepta religioſe ſequamur.



§. I.
Definitio morbi.

Dicimus *morbum* esse ejusmodi statum corporis humani internum, in quo vires naturales corporisque functiones ad ipsius conservationem, cum recta valetudine conjunctam, non amplius consentiunt. Hujus vero definitionis facilis & aperta est explicatio. Nam actiones sive functiones corporis naturales a viribus ejus dependent, justa quadam proportione inter se consentientibus, & ab his ea omnia pendent, quæ in corpore eveniunt. Unde patet, dissentire vires, ut primum actiones corporis ex præscripto naturæ non eduntur, neque suis universum corpus partibus fungitur.

§. II.
In omni morbo mutationem fieri in corpore.

Deinde cum in omni morbo turbetur actionum naturalium circulus, dissentiantque vires, quod utrumque secus fieri videmus in homine sano; quis negaverit, diversissimam esse ægrotantis sanique corporis conditionem, ipsaque morbi injuria commutari corpus adeoque inverti, ut vix ac ne vix quidem pro pristino possit agnosci. Cujus rei tot habemus testes, quot clinicos, qui ægrotantium consuetudine experti incredibiles humanæ naturæ catastrophas norunt.

§. III.
Neque morbum ullum sine symptomatibus dari.

Consequitur hanc mutationem necessario mutatio functionum, quam nos arctiori vocis significatu *Symptoma* dicemus. Adeoque, quum nullus detur morbus, quin mutatio quædam accidat in corpore, aut quin aliqua certe pars a se ipsa discrepet (§. 2.), functionem quoque naturalem in præternaturalem mutari, morbumque sine Symptomatibus dari nullum, rectissime dixeris.

§. IV.

Symptomatum tria genera.

Symptomata e diviſione Medicorum ad tres commode claſſes referuntur. Sunt enim vel actiones corporis naturales læſæ; vel vitia excretorum atque retentorum; vel qualitates corporis humani immutatæ.

§. V.

Quorum quædam morbo ſemper inſunt.

Neque dari morbum, cui non e triplici ſymptomatum genere adjunctum ſit aliquod, ita, ut aut actio aliqua corporis præter naturæ morem in majus minusve vel penitus ceſſando peccet; aut vel in corpore retineantur, quæ excernenda fuerunt, vel excernantur, quæ retinenda ſecundum naturam fuerant; aut denique qualitates corporis humani immutentur, ut in colore, ut in ſpiritu, ut in univerſo corporis habitu, ex ſupra dictis (§. 3.) ſatis liquet. Ubi vero ad ſingularia deſcendendum eſt, propter incredibilem naturæ varietatem non niſi experientia eaque diuturna cognoſcitur, quænam ſymptomata, quibus morbis ſemper adhæreant. Quin hic quoque trahi poterit veriſſima Ariſtotelis obſervatio, veroſimillimum eſſe dicentis, quotidie fieri minus veroſimilia; nec non Horatianum illud, alio fine de veris initio dictum: et natura novas properat depromere formas.

§. VI.

Symptoma eſſentiale & accidentale quid?

Symptoma, quod morbo neceſſario ineſt, cum ſui ortus ratio in morbi notione & natura contineatur, *Eſſentiale;* quod autem aliunde a rebus externis naſcitur, *accidentale* audit.

§. VII.

Ulterior ſymptomatum diviſio.

Mutatio præternaturalis, quæ vel in actionibus corporis naturalibus, vel in retentis atque excretis vel in qua-

qualitatibus corporis (§. 4.) fit, si ex ipso morbo prodeat, *symptoma morbi*, sin vero ex causa morbi, *symptoma causæ*; & si symptoma aliud ex alio sequatur, *symptoma symptomatis* appellatur. Quod exemplis facile illustrabitur, quæ e notissimis febrium phænominis suppeditantur.

§. VIII.

Multa superesse præmittenda, addita ratione.

Poterant hæc Lectori, poterant nobis sufficere, ita, ut nihil amplius præmittendum videatur. At ægre te non laturum spero, si quasi per lancem saturam proponantur insuper alia quædam, quorum, ut non necessaria, tamen non inutilis erit cognitio. Non enim cum peritis in arte, neque cum iis tantum mihi res est, qui profundis meditationibus usuque perpetuo, nec non aliquando quadam in suas litteras caritate, artis suæ aliquam securitatem sunt consecuti, sed Tyronibus quoque demonstraturus sum, qua via eundum, quibusque artificiis opus sit, ut Medicus æque ac ægrotus ad morborum, quæque morbos comitantur, symptomatum cognitionem perveniat; ut in utramque partem non temere, sed certo judicare possit.

§. IX.

Sentire.

Notum est ex Principiis Psychologicis, physice præsens homini esse, quod organis ejusdem sensoriis mutationem quandam infert; hominemque *sentire*, quando conscius est ipsius animus mutationis illius, quæ facta est in organo sensorio.

§. X.

Et appercipere quid?

Ubi vero non conscius solum hujus mutationis est animus, sed ita conscius, ut sensationem ipso actu à cæteris distinguat, tum *appercipere* vel cum reflexione

quadam ſentire philoſophis quibusdam dicitur, qui ſubtilius omnia diſcernunt.

§. XI.

Aegrotus quando ideam morbi habeat?

Ex quo facile intelligitur, non omnem hominis ægri perceptionem ſive ſenſationem actu eſſe ideam. Fieri enim poteſt, ut æger ſenſationes habeat, quum tamen earum ſibi conſcius haud ſit, quod in paroxiſmo epileptico atque tetano accidit.

§. XII.

Attentio medici aut ægri quid ſit?

Medicus aut æger facultates animæ, easque ſuperiores, ad morbum, quem ſibi repræſentat, ita adplicans, ut ejus ſibi præ aliis rebus conſcius fiat, *attendere* ad morbum dicitur. Et ipſa hæc operatio mentis, qua ſibi Medicus aut æger morbi præ aliis rebus conſcius fieri contendit, *Attentio* Medica adpellari conſuevit, quæ fidei vel religionis medicæ præcipua pars eſt.

§. XIII.

Quid experientia & quomodo ad eam perveniatur?

Experiri autem eſt: ad res ſingulares ſenſuum organis oblatas attendere, easque intuitive, non per ſymbola vel ſigna, cognoſcere; ſive, cognitio ſenſibus atque attentione acquiſita, *experientia* audit. Unde clarum eſt atque indubitatum, neque medicum, neque ægrum pervenire ad experientias rerum medicarum, niſi earum, quæ alicui ex quinque ſenſibus vel ſenſui intimo immediate objiciuntur, quasque ſibi tanquam præſentes repræſentant, ac facultate ſentiendi accurate ſentiunt.

§. XIV.

§. XIV.

Aegros in Casibus, quos supra attuleram, habuisse ideam morbi sui ejusque symptomatum.

Inspiciamus duos illos ægros, de quibus Celeb. Hoffmannus atque Timæus in supra datis casibus mentionem faciunt. Sibi tanquam præsentia repræsentarunt morbos & quæ morbis juncta fuere, symptomata, ac facultate sentiendi ea senserunt, sive, quod idem est, sciverunt se adversa valetudine conflictari et statum sui corporis præsentem ab antecedenti ipso sensu distinxerunt (§. 10. 11.) Quemlibet igitur eorum morbi, quo laboravit, ejusque symptomatum ideas sive notiones habuisse, quis negaverit?

§. XV.

Nec non cognitionem morbi per experientiam.

Iidem duo ægri cognitionem morborum suorum ac symptomatum iisdem junctorum usu sensuum sive facultate sentiendi atque attentione acquisivere. Cognitio autem usu sensuum acquisita dicitur experientia (§. 13.) Duo igitur ægri nostri cognitionem morborum ac symptomatum consecuti per experientiam sunt.

§. XVI.

Quænam ægri nostri eorumque Medici observarint?

En tibi ea momenta, quæ Hoffmannus & fœmina illa ægrota in Casu dato superiori distinxerunt; *Imo dolorem lateris sinistri; IIdo spirandi difficultatem; IIItio horrorem; IVto subsequentem calorem præternaturalem; Vto celeritatem pulsus ac frequentiam; VIto accedentem die altero tussim ejusque vehementiam atque asperitatem; VIImo sputum ejectum, idque sanguine tinctum; VIIIvo symptomatum exacerbationem; IXno dolorem sub costis nothis lateris sinistri; Xmo tussim conti-*

continuam; XImo ejectionem pituitæ ejusque ſpiſſitudinem; XIImo noctes inſomnes; XIIItio ſudores; XIVto eosque largius fluentes; XVto æſtum ſanguinis uſu pulverum nitroſorum ac reſolventium pro parte mitigatum; XVIto anguſtiam pectoris remittentem; XVIImo dolorem lateris ex uſu unguenti anodyni levatum; XVIIIvo ſomnum quietiorem; XIXno poſt ſomnum vero æſtum febrilem rurſus intenſiorem; XXmo magnam virium proſtrationem; XXImo inſignem pectoris oppletionem; XXIIdo difficiliorem expectorationem; XXIIItio dolorem lateris pungitivum redeuntem; nec non XXIVto ſudores revertentes; atque XXVto excretionem materiæ pituitoſæ liberiorem; XXVIto die denique ſeptimo ſudores largiſſimos; XXVIImo morbumque iisdem levatum; XXVIIIvo poſtea vero novum dolorem in hypochondrio ſiniſtro; eundemque XXIXno gravativum, nonnunquam vero XXXmo punctorium; XXXImo ad umbilicum uſque pertingentem; XXXIIdo corporis debilitatem; XXXIIItio urinam rubicundam; XXXIVto ſedimentum in urina ad inum deſcendens; XXXVto pectus ſalvum atque integrum; XXXVIto dolorem vero illum per tres hebdomadas inhærentem; XXXVIImo alvi profluvium; XXXVIIIvo dejectiones alvi ſeptem vel decem quolibet die; XXXIXno excrementa odoris fœtentiſſimi; XLmo materiam purulentam; XLImo grumos ſanguinis excrementis inteſtinorum immixtos; XLIIdo alvi fluxum ſedatum; XLIIItio dolores ſopitos & XLIVto ſanitatem tandem reſtitutam.

Similiter quoque Pritzius &, qui ipſi a conſiliis fuit, Timæus, multa in morbo Caſus noſtri ſecundi obſervarunt, eaque ſuorum ſenſuum ope animo tanquam præſentia repræſentarunt. *Ex gr. Imo febrem acutam; IIdo tuſſim; IIItio dolorem lateris ſiniſtri; IVto eumque pungitivum; Vto reſpirationem difficiliorem; VIto pulſus aſperitatem; VIImo ejus inæqualitatem ac velocita-*

citatem; VIIIvo ſputationem ſuppurulentam; IXno ſputum ſanguine tinctum; Xmo, die vero undecimo reditum ad ſanitatem &c.

§. XVII.

Idearum plura dari genera.

Nominavimus hactenus ſymptomata, de quibus medici nec non ipſi decumbentes noſtri habuerint ideas. At idearum cum plura ſint genera, de iis quoque, ut nonnulla dicamus, operæ pretium erit.

§. XVIII.

Idea clara quid?

Idea morbi obſcura morbum quidem, ſed non ſimul notas morbi; *clara* vero cum notis ſuis morbum ſibi repræſentat.

§. XIX.

Cauſa obſcuritatis idearum de morbis.

Satis, opinor, ſupra dictum fuit, ideas morbi uſu ſenſuum atque attentione acquiri §. 9.12. Itaque ſi vel æger vel Medicus non rite ſenſibus ſuis utitur, neque debitam fidem præſtat & in obſervando conſtantiam, morbi aut nullam aut certe non niſi obſcuram conſequitur notitiam. Imo fieri poteſt, ut æger vel medicus, licet utrique ſenſibus atque attentione recte utantur, ideas tamen morborum non niſi obſcuras nanciſcantur. Idque propterea, quod non raro morbus multis peregrinis & ad ejus ideam minime pertinentibus rebus, quæ vero fortius, ac notæ characteriſticæ, in ſenſus incurrunt, adeo involutus atque implicitus eſt, ut notio morbi penitus obſcuretur & vix amplius evolvi queat.

§. XX.

Aegros noſtros eorumque medicos habuiſſe ideas claras ac veras.

Id vero in ſupra datis caſibus reprehendere non poſſumus. Ubi ægri æque ac illi, quos in auxilium voca-

vocarunt medici, ideas claras eoque clariores habuiſſe palam eſt, quo plura in morbis ſymptomata a ſe invicem internoſcere potuerunt. Quin cum ægri itemque Medici ideas morborum conſecuti per experientiam ſint (§. 15); ideæ vero ſive perceptiones per experientiam acquiſitæ reſpondeant utique rebus perceptis; perſpicuum præterea eſt, ideas, quas medici & ægri in memoratis caſibus adepti per experientiam ſunt, veras quoque fuiſſe & rebus ſenſu perceptis conſentaneas.

§ XXI.

Easdem, quæ in ægro ſunt, ideas, excitari in animo medici per hiſtoriam morbi

Illas ideas, quas ægri de morbis ſuis eorundemque ſymptomatibus habent, medicis, quos in conſilium adhibent, quorumque opem implorant, per vocabula idonea utrisque non ignota, nec non aliis ſignis exponere ſolent. Quibus auditu acceptis, in mente Medicorum eædem, quas ægri habent, ideæ excitantur. Talis autem expoſitio idearum ſive obſervationum, quas æger de morbo ſuo habet, *hiſtoria morbi* appellatur.

§. XXII.

Hiſtoria morbi qualis eſſe debeat.

Ne vero hiſtoriæ morbi quid unum deſit, neceſſe quam maxime eſt, ut æger morbum omnem, quantus quantus eſt, dictis omnino exæquet; nihil præpoſtere, ſed ſymptomata prorſus omnia, quæ morbum inchoantem, progredientem ac ſe inclinantem comitantur, ordine, quo ſe invicem conſequuntur, ſedulo & ſincere exponat; neque eorum quicquam omittat, quod ſexum, ætatem, temperamentum, rationem vivendi, conſuetudines, idioſyncraſiam quoque & diſpoſitionem hæreditariam, nec non morbos antecedentes rel. attinet. In quorum aliquo ſi æger negligentior vel reticentior fuerit, medici utique eſt, eum

eum admonere & hiſtoriam morbi ex omni parte perficere.

§. XXIII.

Diſtinguendum judicium de morbo ab ipſa experientia.

Patet exinde, qua via Medicus ad cognitionem & experientiam morbi perveniat. Ad ea itaque pergendum nobis eſt, quæ ſibi de morbo format, *judicia*. Judicium enim & experientia confundenda non ſunt. Hæc eſt res ſenſibus percepta, quam nemo poteſt in dubitationem abducere. Illud vero ex rebus ſenſu compertis a Medico vel ægro elicitum erroris periculo neutiquam vacat. Qua propter opera danda, ne in vitium ſubreptionis incidamus & judicium de morbo pro ipſa experientia venditemus. Fit enim, idque non raro, ut exempli gratia pleuritide laborantes dolorem pungitivum in pulmonibus vel in corde ſe percipere affirment & ipſi Medico id perſuadere conentur. Cum tamen a vero quam longiſſime abſit, eos, qui pleuritide laborant, dolorem lateris pungitivum in pulmonibus vel corde experiri. Per errorem ita judicant. Nam ex anatomicis tam certum, quam quod certiſſimum eſt, in hoc morborum genere pleuram potius, quam pulmones vel cor affici.

§. XXIV.

Judicium de morbo intuitivum.

Judicium de morbo *intuitivum* dicimus, in quo non niſi ea morbo tribuimus, quæ in ipſius notione comprehenſa oculis quaſi intuemur. Vel ſi mavis: judicium intuitivum eſt propoſitio, cujus prædicatum morbo certò ineſſe, æger aut medicus ex ipſa experientia cognitum habet atque perſpectum.

§. XXV.

Vel aiens vel negans eſt.

Judicium, in quo de morbo tanquam ſubjecto prædicatum affirmatur, *affirmans*; in quo negatur, *negans* appellatur.

§. XXVI.

§. XXVI.

Judicia intuitiva affirmantia quomodo formentur de morbo?

Formabit ergo ſibi medicus judicia intuitiva affirmantia, ſi animum ad ea, quæ experitur, diligenter attendat, & quæ morbo ineſſe deprehendit, de morbo vel ipſo ægro prædicet, ſic, ut morbus vel æger locum ſubjecti, ea vero, quæ morbo ineſſe obſervat, locum obtineant prædicati.

§. XXVII.

Quomodo negantia?

Habebis e contrario judicia intuitiva negantia de morbo, cum non ad ea ſolum, quæ in morbo præſenti, ſed &, quæ in aliis morbis obſervamus, attendas, &, quæ in morbo præſenti non obveniunt, per negationem in prædicato ab eo removeas.

§. XXVIII.

Judicia intuitiva e Caſu Hoffmanni.

Sudandum certe nemini eſt, qui e ſupra datis caſibus medicis judicia, quæ ſibi medici ad ægrorum lectulos præſentes formarunt, intuitiva eruere voluerit. In promtu enim ſunt ſequentia:

1) *Fœmina*, cujus Hoffmannus mentionem facit, *dolorem lateris ſiniſtri percepit;*
2) *is dolor lateris ſiniſtri fuit punctorius;*
3) *ægra illa ſenſit ſpirandi difficultatem;*
4) *& horrorem quendam febrilem;*
5) *hunc ſubſecutus eſt calor præternaturalis febrilis;*
6) *pulſus fuit celer;*
7) *tuſſis vehemens atque aſpera;*
8) *& ſputum ſanguine tinctum;*
9) *noctes inſomnes;*
10) *& ſudores largiores fuêre;*
11) *magna quoque in ægrota illa fœmina virium proſtratio;*
12) *inſignis pectoris oppletio;*
13) *difficiliorque fuit expectoratio &c.*

§. XXIX.
E caſu Timæi.

E caſu quoque altero Timæi judicia hæc intuitiva affirmantia per ſe conſequi videntur:

1) *ægrum corripuit febris;*
2) *febris fuit acuta;*
3) *Tuſſis &*
4) *dolor lateris ſiniſtri illum afflixit;*
5) *dolor fuit pungitivus;*
6) *reſpiratio difficilior;*
7) *pulſus durior;*
8) *atque inæqualior;*
9) *& velox;*
10) *exſpuitio ſuppurulenta;*
11) *ſputum fuit ſanguine tinctum &c.*

§. XXX.
Alia judicia intuitiva e caſu primo elicita.

Neque hæc omnia illa judicia intuitiva eſſe putes, quæ medico e propoſitis caſibus depromere liceat. Sunt & alia, quæ uſum certe aliquem in re medica, præſertim in Pathologia & in cognoſcendis cauſis antecedentibus, ſive prædiſponentibus ac procatarcticis, ſimiliter atque in Semeiotica, ac in prædicendo morbi exitu præſtare poſſunt. Ea, ut mihi videtur, in caſu primo Hoffmanni ſunt:

1) *ægrotans fuit ſexus fœminini;*
2) *54 annorum;*
3) *morbus illam nocturno tempore invaſit;*
4) *morbum præceſſere venti aquilones;*
5) *ventos aquilones exceperunt auſtrales;*
6) *venti hi fuere plerumque humidi;*
7) *diuque ſpirarunt.*
8) *ægrota poſt ſeptimum diem ſenſit dolorem hypochondrii;*

9) *dolor hic fuit gravativus,*
10) *nonnunquam pungitivus;*
11) *isque ad umbilicum usque pervenit;*
12) *& per tres hebdomadas duravit;*
13) *sublatus tandem per alvi profluvium est;*
14) *alvus quotidie septies, quin & decies dejecit;*
15) *excrementa odoris fuere fœtentissimi;*
16) *alvus reddidit materiam purulentam;*
17) *quæ permixta fuit grumis sanguineis;*
18) *tandem alvi fluxus & dolores sopiti &c.*

§. XXXI.

Alia quoque e casu altero Timæi.

Eundem in modum licet adhuc dum eruere alia judicia intuitiva affirmantia e casu Timæi. En ea:

1) *consul Colbergensis fuit temperamenti calidi;*
2) *atque humidi;*
3) *corpore obeso;*
4) *ac plethorico;*
5) *motione frequenti corpus exercuit;*
6) *idque factum ad fontes aquarum mineralium;*
7) *æstuavit eo tempore cœlum;*
8) *æger motu corporis incaluit;*
9) *calor excitatus modum excessit &c.*

§. XXXII.

Quæ negligenda non sunt.

Idem vero, qui haud negaverim, *sexum, ætatem, tempus, ventum, alvi profluvium ejusque dejectionem frequentiorem, odorem, materiam quoque purulentam, grumos sanguineos, temperamentum, habitum & motum corporis rel. rel.* ad essentiam morbi illius, quem duo nostri Casus continent, neutiquam pertinere, contendo tamen judicia de his rebus intuitiva, eorumque observationem sedulam, suo neutiquam usu destitui.

tui. Perducunt enim Medicum tum ad cognitionem causarum prædisponentium, tum ad prognosin sive conjecturam de progressu atque exitu morbi faciendam.

§. XXXIII.

Sed viam ad veritates medicas pandunt.

Erat fortasse meum, judicia quoque negativa afferre; quæ e supra positis casibus derivantur. Iis tamen non immorabor. Tot enim habebis, quot volueris, si symptomata ea, quæ de aliis morbis prædicantur, in nostros vero casus medicos haud cadunt, negantem in modum de morbis nostris etuleris. Id potius addam: Iudicia intuitiva, quum ex ipsis Medicorum aut ægrorum experimentis per legitimam consequentiam immediate eruantur, & id omne, quod sensibus percipimus, pro vero ac certo habeatur, adeo vera ac certa esse, ut iis pro principiis ulteriore demonstratione non egentibus uti possimus; adeoque ipsi Medicinæ Tyroni per datum quemcunque casum Medicum via ad infinitas veritates medicas pandatur.

§. XXXIV.

Veritates medicæ indagandæ.

Sunt hæc suo quæque modo consideratione digna. Ipsam vero rem non conficiunt. Sed progrediendum est ad *veritates* & *symptomatologicas* & *semeioticas* & *pathologicas* & *therapevticas*; nec non ad *definitiones nominales* æque ac *reales*. Ex quibus postea *axiomata* ac *postulata*, itemque *theoremata*, *problemata* ac *corollaria* de rebus medicis comparabimus.

§. XXXV.

Veritates symptomatologicæ quæ?

Symptomatologia, ea Medicinæ pars dicitur in qua de functionibus corporis naturalibus in præternaturales

turales a causa quaecunque mutatis, sive de Symptomatibus morbi agitur. Adeoque, quicquid veri de Symptomatibus dicitur, ad classem veritatum symptomatologicarum jure revocatur.

§. XXXVI.

Quomodo ad eas eatur?

Dictum, ni fallor, supra fuit, ægrum *per propriam experientiam* (§. 15); medicum autem *per historiam morbi* accurate expositam (§. 21) ad cognitionem symptomatum pervenire. Qua itaque via ad veritates symptomatologicas eatur, & medicusne per judicia intuitiva ab experientiis symptomatum elicita aditum ad plures veritates sibi aperire possit, non est, quod quæras.

§. XXXVII.

Symptoma essentiale ab accidentali unde dignoscatur?

In eo quam maxime laborandum est Medico, ut symptomata essentialia & accidentalia probe distinguantur. Quem in finem considerari sedulo opportet, an mutatio in corpore hominis ægroti facta sit, eaque num casibus medicis, ejusdem generis omnibus, constanter ac perpetuo insit, vel aliquando per partes in illis eveniat. Id quod fieri quam commodissime poterit, si judicia e casibus pluribus ejusdem morbi indiviruis elicita diligenter inter se conferas. Quam enim in quolibet casu accidere mutationem vides, recte pro symptomate *essentiali* habes; quam vero non nisi in uno alterove casu deprehendis, ea *accidentale* quid erit.

§. XXXVIII.

Idea morbi distincta.

Morbus cum considerari possit tanquam totum, symptomata vero tanquam ejus partes; Idea totius morbi; *totalis*

totalis audit; idea vero ſymptomatum, *partialis*, ideam morbi totalem ingrediens, vocatur. Adeoque, qui ideam non tantum morbi totalem, ſed & partialem ſymptomatum habet, ut morbum a morbis aliis non ſolum diſtinguere, ſed & ſymptomata morbi ſigillatim ſibi repræſentare, eaque medico enumerare poſſit, is *ideam morbi diſtinctam;* e contrario, qui hoc nequit, vel unum alterumve tantum morbi ſymptoma ſibi ſeparatim repræſentat, non niſi *ideam morbi confuſam* poſſidet. Licet idearum confuſarum alteram altera eſſe clariorem & claritatis diverſos in ideis confuſis gradus dari, nemo negaverit.

§. XXXIX.

Quæ neceſſaria ſint, ut quis ideam morbi diſtinctam acquirat, enumerantur.

Quo vero medicus ideam morbi conſequatur diſtinctam neceſſe eſt, ut

1) ſatis illius ſagacitatis habeat, quæ ad accuratas rerum medicarum obſervationes faciendas requiritur.
2) ut ſubſidia, quæ eo inſerviunt, in promtu ſint;
3) ſenſusque exercitati;
4) ut plures ejusdem generis caſus ſingulares ipſi jam uſu clinico obvenerint;
5) ne in contemplando caſu medico ſymptomata morbi juſto citius præterire, ſenſusque ſuos effugere ſinat.
6) ad morbum & ſingula ejus ſymptomata diligenter attendat;
7) ſpeciatim ac pedetentim cuivis ſatis diu inhæreat;
8) ſymptomata, multis peregrinis involuta, dextre evolvat;
9) evoluta inter ſe conferat;

10) animumque ad ordinem & nexum, quo se excipiunt, attendat;

11) quin vero, sedulo ex se ipso quærat, quænam cognitis morbi symptomatibus simpliciter necessaria, eidemque per essentiam insint, sic, ut nunquam sine illis adfuerit; & quænam illa sint, ex quibus morbus denominetur, quibusque ablatis idem nomen suum amittat.

§. XL.

Idea Pleuritidis distincta e supra datis casibus eruitur.

Hoc fecisse neminem pigebit, sed medicinæ quivis Studiosus commode sibi hac ratione ideam Pleuritidis veræ distinctam e datis supra casibus consequi poterit. Quodsi enim

1) judicia, *quæ §§. 28-31. dedimus,* attente contempletur & anne aliquod eorum peregrina quædam aut determinationes particulares, quæ variare possunt, contineat, rite consideret, facile animadvertet, in casu primo Hoffmanni, *sexum fœmininum, ætatem, tempus nocturnum, ventos Aquilones & australes, eorum humiditatem & diuturnam spirationem; dolorem quoque in hypochondrio sinistro, diem septimum ac doloris variationem; nec non, quod dolor mox gravativus, mox pungitivus, idemque ad umbilicum pertingens, longeque diffusus fuerit; alvi profluvium, excrementa, eorumque odorem ac qualitatem rel. rel.* In casu vero ultero Timæi, *dignitatem, habitationem, & temperamentum ægri, corpus obesum, ambulationem ad fontes acidulos, cœlum æstuans, aliaque,* ad essentiam Pleuritidis minime pertinere, sed ad classem peregrinorum & determinationum particularium referri, quæ salva morbi essentia variare, adeo-

que

que ex Idea pleuritidis veræ jure exulare possint, facillime cognoscet. Quodsi

2) missis hisce peregrinis attendat, quæ adhuc supersint & cum pleuritide vera semper conjuncta deprehendantur, statim, *præternaturalem illum horrorem febrilem; tussim; spirandi difficultatem; dolorem lateris, eumque pungitivum; pulsum durum, ac celerem; sputum quoque sanguine tinctum; pectorisque oppletionem vel.* enumerare, & si

3) ex se ipso quærat, quo nomine appellandus morbus sit, qui dicta Symptomata sibi adjuncta habeat, respondere, nisi rerum medicarum omnino rudis sit & expers, sine ulla hæsitatione poterit, morbum hunc *Pleuritidem veram* appellari. Hac via quilibet Ideam Pleuritidis distinctam e propositis casibus acquiret, vel, si eam jam habuit, ab oblivione optime vindicabit, siquidem artificiis mecum uti voluerit. In quo multum a linguarum studio juvabitur, cum ex veterum prudenti consilio apta cuivis morbo nomina imposita fuerint.

§. XLI.

Idea distincta ne in obscuram abeat, Medicinæ studioso cavendum.

Cavendum autem quam maxime est, ne idea, quam vere nobis comparavimus in pejus corrupta, vel in ideam confusam, vel mere claram abeat. Quod quidem fit, quando symptomata morbi essentialia animo minime fugitivo consideramus; sed quodlibet eorum frequentius perpendimus, ne sensus nostros effugiat; nec non symptomata essentialia a peregrinis, quibus penitus quandoque implicita sunt, liberamus, ne mens multitudine rerum ad ideam morbi non pertinentium

obruatur; ac denique quando relationes, ſimilitudinem ac diſſimulitudinem ſymptomatum eſſentialium omni cura inveſtigamus & diſtinctivas rerum notas præ cæteris memoria complectimur.

§. XLII.

Idea morbi completa quid?

Idea morbi diſtincta ab *idea completa* differt. *Hæc* tot notas characteriſticas ſuo ambitu continet, quot ſufficiunt ad morbum a morbis aliis omnibus in quovis ſtatu & tempore internoſcendum; illa vero tot notas characteriſticas non habet, ſed quandoque deficit.

§. XLIII.

Ideam Pleuritidis ſupra datam diſtinctam, nedum completam eſſe.

Hinc, qui Pleuritidem veram eum eſſe morbum dicit, qui adjuncta ſibi habeat *horrorem aliasque mutationes in §. 40. enarratas*, is ideam quidem diſtinctam habet, ſiquidem ſymptomata Pleuritidis non tantum ſigillatim ſibi repræſentare ſed & aliis enumerare, morbumque ſuum a morbis aliis diſcernere poteſt (§. 38.) Nihilominus tamen eadem hæc idea Pleuritidis veræ diſtincta *idea completa nondum eſt.* Propterea, quod per dicta ſymptomata Pleuritis quidem vera a multis aliis, nequaquam tamen ab omnibus morbis, præcipue a Peripnevmonia, conſtanter & accurate diſcernitur, niſi præciſe *dolor pungitivus*, qui ſoli Pleuritidi proprius eſt, cum in Peripnevmonia dolor in pectore vel alterutro ejus latere potius gravativus atque oppletorius ſit, ac nota characteriſtica adjiciatur.

§. XLIV.

Idea morbi adæquata.

Ea denique idea, qua quis non morbum ſolum ipſum & notas ejus caracteriſticas, ex quibus eum agnoſcit,

ſcit, ſed & ipſarum notarum notas, partiumque partes ſibi repræſentare, eaque aliis exponere poteſt, ab arte peritis *idea morbi adæquata* nominari ſolet.

§. XLV.

Quomodo quis eam conſequi poſſit?

Tua itaque morbi idea diſtincta ut evadat adæquata, eadem ratione, qua ideam morbi diſtinctam acquiris (§. 39.), in inveniendis notarum notis incedere debes. Eoque tramite pergendum, donec ad cognitionem & doctrinam de morbo profundam, eoque profundiorem pervenias, quò ad plures diſtinctas diſtinctarum etiam notarum caracteriſticarum ideas deſcenderis.

§. XLVI.

Idea morbi determinata.

Illa idearum morbi diſtinctarum, quæ nec plures, nec pauciores continet notas caracteriſticas, quam ad morbum a morbis aliis in omni caſu, ſtatu, & tempore diſcernendum requiruntur, *idea determinata;* quæ pauciores notas continet, *deficiens;* quæ autem plures comprehendit, quam ad morbum ſemper diſtinguendum neceſſariæ ſunt, *abundans* vocatur.

§. XLVII.

Per eam definitionem cujuslibet morbi nominalem conſtitui.

Definitionis nominalis eſt, ut morbus per tot notas eſſentiales deſcribatur, ut ab omnibus aliis in omn caſu, ſtatu & tempore internoſcatur. Ex quo ſatis conſtat, nequaquam ideam deficientem, neque abundantem, ſed ideam non niſi determinatam pro definitione nominali ex regulis artis admitti poſſe. Medicinæ ergo ſtudioſus, qui e caſu quocunque elicere definitionem morbi nominalem velit, operam det, ut

1) quærat ideam morbi distinctam;
2) e notis morbi essentialibus tot deligat, quot ad morbun ab omnibus aliis semper discernendum faciunt, quò idea morbi completa fiat, ac adæquata;
3) earum autem nec justo plures nec pauciores colligat. Quem in finem omnia, quæ superflua esse videntur ex idea morbi eliminabit, hacque via inveniet, quod voluerit, ideam nempe morbi determinatam, quæ illa ipsa, quæ quæritur, *morbi nominalis definitio* est.

§. XLVIII.

Quod casu superiori illustratur.

Ita ex. gr. missis, quæ in supra datis casibus occurrunt, peregrinis, determinationibusque particularibus, sejunctis quoque Symptomatibus essentialibus ab accidentalibus, remanere adhuc vides in §. 40. *horrorem febrilem, calorem præternaturalem, tussim &c.* At certe quædam ex his ipsis notis superfluæ ad Pleuritidem veram a morbis aliis distinguendam sunt; quædam illarum se invicem determinant, unde utræque ex idea morbi omitti possunt. Solæ hæ notæ Pleuritidis essentiales: *febris acuta, inflammatoria cum dolore lateris pungitivo;* meo quidem judicio, retinendæ sunt. Quippequæ solæ sufficiunt ad pleuritidem veram ab omnibus aliis morborum generibus distinguendam, ideamque ejus completam reddunt determinatam, quæ ipsa est *Pleuritidis definitio nominalis.*

§. XLIX.

Per definitionem morbi nominalem ad realem perveniri.

Pandit ipsa quoque definitio morbi nominalis viam, ut artis medicæ studiosus inventa illa naturam & propria morbi perspiciat, atque ex notis ejusdem essentialibus

libus non tantum certò cognoſcat, morbum hunc ipſum, neque alium adeſſe, ſed &, unde is exiſtat, facile intelligere, adeoque *definitionem morbi realem*, quippe quæ geneſin morbi oſtendit, invenire poſſit.

§. L.

Id quod ſimiliter illuſtratur.

Definivimus ex. gr. *Pleuritidem veram in §. 48. per febrem acutam, inflammatoriam, cum dolore lateris punctorio.* Ex hac definitione nominali, ſi quis quærat, unde febris acuta inflammatoria & dolor lateris pungitivus oriatur, medicus mediocriter exercitatus facile conjiciet, dolorem æque ac febrem dictam non niſi *ex inflammatione pleuræ* oriri, atque in hac ipſa inflammatione pleuræ Pleuritidis veræ naturam conſiſtere. Qui vero tam exercitatus nondum eſt, eum ad obſervata medicorum, ut definitionem morbi realem addiſcat, eamque a nominali rite diſcernat, remittimus.

§. LI.

Quandoque cultrum anatomicum manifeſtare definitionem morbi realem.

Id præcipuum habent, qui ſe corporibus ſecandis dant, medici, ut quandoque per experientias anatomicas adſpirare ad definitiones morborum reales poſſint. Data exempli gratia corpus hominis Pleuritide defuncti ſecandi occaſione, is, qui partes interiores, maxime thoracis, ſedulo perluſtrat, primo ſtatim intuitu, Pleuram, vel in latere dextro vel ſiniſtro magna ex parte inflammatam, quin ſubinde etiam in gangrænam vel ſphacelum conjectam videbit. Adeoque Pleuritidem veram, ex qua defunctus homo ille eſt, non niſi ex hac ipſa pleuræ inflammatione ortam fuiſſe, oculorum ſuorum indicio judicabit, definitionemque Pleuritidis geneticam ſive realem, quam culter ipſi anatomicus detexit, hac ratione conſequetur.

§. LII.

Veritates Semeioticæ ejusque species.

Hactenus de Symptomatologia. Nunc de Semeiotica ejusque partibus pauca quædam adjicienda sunt. Vocatur Semeiotica illa medicinæ pars, in qua agitur de signis, e quibus tum morbus ipse, tum ejus progressus, atque exitus, prospici potest. Veritates itaque Semeioticæ quæ dicantur, quilibet intelligit. Intelligit quoque, Semeioticæ duas species dari: unam, quæ medico morbum præsentem ante oculos ponit, *Diagnosin,* alteram, qua medicus de progressu & exitu morbi conjecturam facit, *Prognosin morbi* dictam.

§. LIII.

Diagnosin e definitione morbi nominali sequi.

Non opus est, ut de prima Semeioticæ parte, nempe de Diagnosi morbi, plura dicamus. Cum enim signa diagnostica ea sint, ex quibus morbus præsens dignoscitur; notæ autem essentiales in definitione morbi nominali occurrentes id ipsum præstent, ut morbum a morbis aliis distinguere possimus, palam quoque est: *ex ipsa definitione nominali sequi diagnosin;* sive inventa illa, de signis morbi diagnosticis vel ideo laborandum non esse, quia notæ morbi essentiales, quibus definitio nominalis constat, ipsa signa morbi diagnostica sunt.

§. LIV.

Prognosin non e quovis dato casu individuo addisci posse.

Verum enim vero ingenue nobis confitendum est, non omnes casus medicos sufficientia signa prognostica exhibere, ut progressus morbi certo cognosci, ejusdemque exitus prospici possit. Sed adeunda sæpe sunt aliorum medicorum scripta, in quibus ea invenire liceat, quæ heic deficiunt.

§. LV.

Judicia intuitiva prognostica de Pleuritide.

Permulti medicorum e numero, iique Viri vere experientissimi, sequentia de progressu atque exitu Pleuritidis veræ, de qua duo nostri casus dati agunt, observarunt, & quæ sibi hinc formarint judicia, scriptis prodidêre.

1) *inflammatio pleuræ in Pleuritide vera discutitur sæpissime aut die quarto, aut septimo, aut decimo quarto.*

2) *inflammatione pleuræ discussa, pars sanguinis stagnantis fluidior per venas ad venam cavam atque auriculam cordis dextram & ex hac in ipsum cor redit.*

3) *Pars autem sanguinis, in arteriolis minimis in parte pleuræ inflammata subsistentis, crassior mutatur in particulas tenuiores excrementitias, quæ quidem a venis quoque recipiuntur, sed ad organa corporis excretoria deferuntur,*

4) *hæ particulæ tenuiores excrementitiæ aut in substantia renum tubulosa secernuntur & per urinam excernuntur; aut per vasa arteriolarum minimarum in cute lateralia, aut per glandulas cutis miliares a sano sanguine separantur, & aut sudoribus largioribus per poros cutis a natura e corpore ejiciuntur, aut in glandulis intestinorum secretæ per alvum redduntur.*

5) *inflammatio pleuræ nonnunquam critice per hæmorrhagiam narium solvitur.*

6) *interdum vero evenit, ut sanguis stagnans absque excretione per metastasin ad aliam corporis partem transferatur.*

7) *ubi remittunt dolores lateris punctorii: juxta ac febris acuta inflammatoria minuitur, aut omnino abit;*

8) *reli-*

8) *reliqua quoque morbi ſymptomata intermittunt, aut certe levantur; tandemque ſequitur perfecta criſis, & æger redit ad ſanitatem.*

9) *ſin vero die 4to, aut 7mo, aut 14to, pleuræ non reſolvitur, nec diſcutitur inflammatio, neque tranſit per metaſtaſin in alium locum; ſanguis in parte pleuræ ſubſiſtens in pus vertitur.*

10) *quando facta ſuppuratio in pleura eſt, remittunt quidem dolores lateris punctorii; æger tamen ſæpius inhorreſcit & ad veſperam incaleſcit.*

11) *nonnunquam, rarius licet, facta in pleura ſuppuratio intra quadrageſimum diem purgatur & finitur.*

12) *ſæpius tamen in hoc ægri ſtatu mors ſequitur.*

13) *interdum fit, ut pus in quodam quaſi ſacco colligatur, ac vomicam efficiat.*

14) *ſubinde quoque pus eroſis quibusdam pulmonum veſiculis in unum alterumve aſperæ arteriæ ramum erumpit, & beneficio naturæ ac artis per tuſſim excreatur. Quo in caſu ſpes ſalutis eſt.*

15) *nonnunquam pus, perforata pulmonum membrana, deorſum deſcendit & effunditur in cavum thoracis, oriturque Empyema.*

16) *ex rupta autem vomica quandoque Abſceſſus conſequitur.*

17) *in vomica perinde atque in abſceſſu tenet febris hectica, quin ea etiam increſcit, aliave iisdem ſymptomata junguntur. In utroque enim morbi genere tuſſis ægrum urget, & cor in anguſtias adducitur, ſenſus quoque gravitatis ac preſſionis in pectore, quin & fluctuationis in cavo thoracis eſt, ægro in alterum latus decumbente.*

18) *rarius accidit, ut inflammatio pleuræ in ſcirrhum mutetur, diſſipatis inter initia morbi, vel per diarrhœam ſymptomaticam, vel per ſudores ſymptomaticos largiores, partibus ſanguinis*

aquo-

aquosis ac tenuioribus, relictisque partibus ejus crassioribus.

19) *tussis in hoc malo sicca; angustia tamen pectoris levior est.*

20) *inflammatio in pleura, quando neque resolvitur, nec suppurat, nec in scirrhum mutatur, in gangrænam vel in sphacelum transire solet.*

21) *si in gangrænam pars pleuræ inflammata conjicitur; tum summum vitæ periculum adest.*

22) *si autem in sphacelum; mors est certissima.*

23) *cum in dolore lateris punctorio pituita excreatur, tum morbus est tolerabilior; sin vero sanguis exspuitur, gravior.*

24) *non tamen ab initio morbi terreri convenit, si sputum ægri permixtum sanguine quodam rufo sit.*

25) *tussis sicca si est, nihilque æger conando ejicit, id vitium gravius est, quam quo pituita excernitur.*

26) *in vera pleuritide dolor sputo vel purulento levatur.*

27) *æger, qui admodum difficulter spirat, gravissime decumbit, eoque pejus, si mens turbata fuerit.*

28) *sudoribus largioribus ab initio morbi intempestive erumpentibus, aut alvo symptomatice fluente, tantum abest, ut morbus iisdem levetur, ut potius instantibus diebus criticis increscat, eoque majus evadat periculum.*

29) *contra vero, sudoribus die 7mo, aut 14to largius fluentibus, aut alvo diebus iisdem criticis liquidiore, pleuritidem veram sæpius solvi, experientia testatur.*

30) *Urina denique turbata, e qua postea partes crassiores desidunt, liquor vero clarus eidem superstat, felicem morbi exitum præsagire solent medici &c. &c.*

§. LV.

§. LVI.

Axioma ac Postulatum medicum quid?

Devolvimur nunc ad reliquas veritates medicas, ad Axiomata & Postulata. De quibus pro more definitiones præmittimus, & propositionem de morbo aliisve rebus medicis, quæ certa est, ac demonstratione non eget, *theoreticam*, Axioma; *practicam* vero; Postulatum appellamus.

§. LVII.

Modus eruendi Axiomata medica e definitione morbi nominali Imus

Mea quidem sententia, multum interest, ut medicinæ studiosis modus, eruendi e quavis morbi definitione nominali *Axiomata medica*, ostendatur. Quod fieri triplici potissimum modo poterit. *Primum.* Si definitio nominalis morbi vel cujuscunque rei medicæ, quæ locum prædicati in propositione obtinet, ita invertatur, ut subjecto prædicatum substituatur. Hoc facto, e definitione morbi, vel cujuscunque rei medicæ, emergit propositio quædam certa ac indemonstrabilis. Exempli gratia: Pleuritis vera, juxta definitionem supra (§. 47.) datam nominalem, est febris acuta inflammatoria, cum dolore lateris pungitivo. Immutatis propositionis hujus prædicato, ac subjecto, ex ipsa hac definitione sequens Axioma medicum fit: *febris acuta inflammatoria cum dolore lateris pungitivo dicitur Pleuritis.*

§. LVIII.

IIdus.

Alter modus, eliciendi e definitione morbi nominali Axiomata, est: si pars quædam definitionis omittitur, tum e genere & differentia definitionis tot promanant Axiomata, quot quodlibet eorum continet notas morbi essentiales.

Ex

Ex. gr. genus in definitione nostra Pleuritidis nominali tres hæ notæ essentiales constituunt, 1) febris, 2) febris acuta, eaque 3) inflammatoria. Quodsi tres hæ notæ, quibus genus definitionis constat, omittantur, & solæ illæ notæ, quibus differentia Pleuritidis specifica comprehenditur, de morbo prædicentur; inde hæc Axiomata medica fluunt:

1) *in Pleuritide vera dolet latus;*
2) *latus aliàs dextrum, alias sinistrum dolore affici solet.*
3) *in pleuritide vera pleuram dolor occupat;*
4) *neutiquam vero musculos intercostales;*
5) *neque periostium costarum, quod in pleuritide spuria sæpius fieri solet.*
6) *dolor in pleuritide vera non est gravativus, utpote quo pulmones in Peripnevmonia afficiuntur.*
7) *dolor Pleuritidi veræ proprius est punctorius. &c. &c.*

Contra vero si notæ, quæ differentiam Pleuritidis veræ exhauriunt, e definitione nominali mittantur, & solæ illæ, quæ genus definitionis ingrediuntur, de Pleuritide prædicentur; hæc inde Axiomata consequuntur:

1) *in pleuritide vera febris est;*
2) *hæcque acuta;*
3) *atque inflammataria.*
4) *Pleuritidem veram antecedit horror vel frigus.*
5) *in pleuritide vera frigus calor febrilis sequitur;*
6) *calor febrilis subinde ad aliquot quidem horas remittitur;*
7) *nunquam tamen ex toto intermittitur, sed ad finem usque morbi perdurat.*
8) *pleuritis in progressu gravior; in statu gravissima est.*
9) *febris, quæ pleuritidi semper jungitur, brevem habet circuitum;*
10) *eaque nunquam periculo penitus vacat. &c. &c.*

§. LVIII.

§. LIX.

IIItius.

Modus denique *tertius*, eruendi e definitione nominali Axiomata, in eo conſiſtit, ut definitio morbi affirmativa in propoſitionem negativam commutetur. Quo facto, tot profluunt e definitione Axiomata medica negativa, quot genus & differentia definitionis nominalis notas ſub ſe comprehendunt affirmativas. V. gr. Definitio Pleuritidis veræ in propoſitionem negativam mutatur, ſi dicam: *morbum, qui febrem acutam, inflammatoriam cum dolore lateris pungitivo, ſibi junctam non habet, pleuritidem veram appellari non poſſe.* Æquivalet hæc propoſitio negativa propoſitioni affirmativæ (§. 57.), adeoque pro Axiomate negativo medico recte habetur, eo, quod certa eſt ac demonſtratione neutiquam eget. Ex quo ſatis quoque perſpicitur, tot ex commutata propoſitione affirmativa in negativam æquivalentem elici poſſe Axiomata negativa, quot Axiomata medica affirmativa e notis definitionis pleuritidis veræ nominalis eſſentialibus in §pho antecedenti eruta fuerunt. Ex gr.

1) *qui non febricitat, is nequaquam dici poteſt pleuriticus.*
2) *febris, quæ morbum comitatur, niſi acuta ſit, Pleuritis non eſt.*
3) *ubi latus non dolet, ibi nec pleuritis vera locum habet.*
4) *neque pleuritis eſt, ubi dolor lateris gravativus deprehenditur.*
5) *dolor lateris pungitivus, ſi locum alium, quam pectus occupat, in nomen pleuritidis veræ non cadit. &c. &c.*

§. LX.

Axiomata e definitione morbi reali eruta.

Non e definitione ſolum nominali, ſed e *reali* quoque, ſive *genetica*, tot erui poſſunt Axiomata, quot prædicatum definitonis realis complectitur notas eſſentiales. *Ex gr.* Definitio Pleuritidis veræ realis (§. 50) has habet notas eſſentiales: quod ſit *inflammatio pleuræ.* E quibus hæc promanant Axiomata:

1) *in pleuritide vera eſt inflammatio.*
2) *ſedes inflammationis in pleuritide vera eſt pleura.*
3) *pleuritidem veram comitantur ſymptomata, quæ communia inflammationi omni ſunt.*
4) *pleura poteſt in latere dextro æque ac in ſiniſtro inflammari.*
5) *ex ſanguine in arteriolis pleuræ minimis ſubſiſtente oritur inflammatio pleuræ, ac pleuritis.*
6) *omne, quod efficit, ut ſanguis in arteriolis pleuræ ſubſiſtat minimis, pro cauſa pleuritidis veræ recte habetur. &c.*

§. LXI.

Nec non Poſtulata medica.

Eadem quoque definitio Pleuritidis, nec non morbi cujusvis, realis ſuppeditare nobis *Poſtulata medica* poteſt. Quod fit, ſi e notis, quæ de morbo prædicantur, eſſentialibus probe perpenſis, quid in hoc morbi genere faciendum ſit, intelligamus. Quot igitur indicationes e definitione pleuritidis nobis manifeſtantur, tot quoque ex illis Poſtulata medica fluunt. V. gr.

a) *medicus, pleuritidem veram curaturus, utatur medicamentis, quibus inflammatio pleuræ diſcutiatur.*
b) *in pleuritide vera primum eſt, ut ſanguis mittatur & venæ ſectio nonnunquam reiteretur.*
c) *adhibenda interne ſunt medicamenta reſolventia; externe diſcutientia atque emollientia.*

d) *medicamentis internis adjicienda ſunt ſpecifica ante pleuritica;*

e) *& nitroſa.*

f) *vehementia doloris ſi urget, is compeſcendus eſt anodynis & præcipue uſu liquoris Anodyni min: Hoffmanni cum laudano liquid: ſydenhami.*

g) *a pleuritide vera, qui tutus eſſe voluerit, caveat ſibi ab omnibus iis rebus, e quibus alias inflammatio oriri poteſt.*

h) *corpus commode, non immoderate, exerceat, ne ſanguis nimis excitatus in arteriolas pleuræ minimas vi impellatur, in iisdemque, via intercluſa, ſubſiſtat.*

i) *potione utatur quam dilutiſſima, quæ ſitim tollat, corpus non incendat.*

k) *a potione frigida, corpori præcipue ex labore aut motu ſudanti perniciosiſſima, abſtineat.*
pectus quoque calens, exutis veſtibus, ne cœlo frigido exponat.

m) *fugiat cibos craſſiores, viſcidiores ac tenaciores.*

n) *ſanguis, qui abundat, tempore æquinoctiorum ac ſolſtitiorum, inciſa vena, vel per cucurbitulas corpori admotas, detrahatur.*

o) *abſit, ut ſanguinis fluxus per nares, aut per menſtrua, aut per hæmorrhoides conſuetus imprudenter ſupprimatur. &c. &c.*

§. LXII.

Theorema ac Corollarium medicum quid?

Propoſitio de rebus medicis demonſtrabilis *theoretica*, Theorema; *practica*, Problema medicum audit. Sunt autem Corollaria ſive *Conſectaria* illæ propoſitiones, quæ e theorematibus, vel propoſitionibus aliis jam demonſtratis, aut per ſe omni demonſtratione clarioribus, immediate conſequuntur, ſic, ut ulteriori demonſtratione non egeant.

§. LXII.

§. LXIII.

Theoremata ac corollaria medica quomodo inveniantur?

Inveniuntur itaque *Theoremata medica*, si definitiones rerum medicarum, vel axiomata ex iis deducta, propositionesque aliæ indemonstrabiles, vel theoremata aliunde jam demonstrata, accurate inter se conferantur & ex iis propositio tertia per leges demonstrationis legitime inferatur. Certe *Corollaria* quoque & myriadas veritatum medicarum sibi comparabit medicinæ studiosus, si ad id, quod e definitione morbi tam nominali, quam reali; ex axiomatibus, judiciisque intuitivis negativis pariter, ac affirmativis; nec non e postulatis & theorematibus dicto modo inventis; aliisque veritatibus satis cognitis per se atque immediate consequitur; nec non ea, quæ sana ratio, sensusque communis dictitat, attendere voluerit.

§. LXIV.

Notiones morborum universales acquirendas esse, & quomodo?

Consultum quoque minime est, si Medicus in docendo vel discendo initium faciat a Notionibus universalibus, quæ nempe notas, in quibus plures morbi inter se conveniunt, exhibent, quæque acquisitu difficiliores sunt. Sed a casibus medicis individualibus ad notiones demum universales ascendendum esse putem. Quarum tunc usus haud mediocris ad promovendos in medico limites cognitionis est. Cum prædicari ea de aliis quoque morbis possint, quæ in notione universali comprehensa fuêre.

§. LXV.

Notio speciei morbi.

Inter notiones abstractas primo loco poni meretur Notio speciei. *Species* morbi est similitudo casuum plurium medicorum individualium in certis quibusdam

notis. *Notionem* itaque speciei acquirimus, quando notas, in quibus casus plures medici individuales nunquam non conveniunt, a peregrinis & determinationibus particularibus omnibus abstrahamus. Sic *ex. gr.* (§. 48.) consecuti notionem Pleuritidis veræ sumus, abstrahendo notas communes: *febrem*, scilicet, *acutam & dolorem lateris pungitivum.* Nam in solis illis notis essentialibus casus medicos pleuriticorum omnium individuales convenire, ex observationibus aliis medicis certum est atque exploratum.

§. LXVI.

Notio generis morbi.

Species morborum in certis quibusdam notis inter se quoque convenire observamus. Quæ convenientiä specierum in notis communibus *Genus* morbi vocatur. *V. gr.* species morborum sunt: *Pleuritis*, *Nephritis Phrenitis* ac *Paraphrenitis &c.* Has species in eo convenire vix ullus ignorat:

1mo, quod omnibus febris jungatur; 2do, & ea acuta sit; 3tio, quod quælibet earum morbi specierum ex inflammatione partis alicujus interioris oriatur.

Tres itaque hæ notæ communes constituunt *genus febris inflammatoriæ*, quod species morborum, ex inflammatione partis alicujus interioris ortas, omnes sub se complectitur. Dubitare enim medicorum nemo potest, quin ex inflammatione pleuræ, *pleuritis;* ex inflammatione renum, *nephritis;* ex inflammatione meningum, *phrenitis;* ac *paraphrenitis* ex inflammatione diaphragmatis oriatur; nec non quin quævis morbi species, ex inflammatione orta, ad genus febris inflammatoriæ jure optimo referatur.

§. LXVII.

Quomodo comparetur.

Abstractis itaque illis notis, in quibus species cum speciebus morborum conveniunt, notio generis prodit.

dit. *Ex gr.* in ſupra datis caſibus, ſi dolorem in latere pungitivum removeamus, & ſolas illas notas: *febrem* nempe *acutam*, eamque *inflammatoriam* retineamus, in his *genus pleuritidis veræ* recte conſtituimus.

§. LXVIII.

Dari plura morborum genera.

Convenire in quibusdam notis ipſa morborum genera, deprehendimus. Quare *genus* morbi, mox *ſuperius*, mox *ſuperiore ſuperius*, mox *ſummum*, audit. *V. gr. genus pleuritidis ſuperius* eſt, ſi, omiſſa inflammationis nota, eam *febrem* tantum *acutam* dicamus. Utpote quæ duæ notæ non tantum nephriti, aliisque morbis inflammatoriis, ſed & aliis adhucdum morborum generibus communes ſunt. Hoc tramite ſi pergas, & pleuritidem ſaltim ut *febrem* conſideres, *genus pleuritidis ſuperiore ſuperius*, & denique *ſummum* habes, ſi *pleuritidem* ut *morbum* tantum ſpectare velis.

§. LXIX.

Notiones morbi arbitrariæ.

Sicco plane pede prætereundæ non ſunt Ideæ, quæ vocantur arbitrariæ. Veritas earum vel ab experientia conſtat, quando medicus novit, morbos, quos ſibi per ideas arbitrarias fingit, in rerum natura jam exiſtere; vel e rationibus certis, quando medicus evincere poteſt, in Ideis ſuis arbitrariis nihil prorſus contineri, quod ſibi repugnet. Haud enim tam male exiſtimandum de Ideis morborum arbitrariis eſt, ac ſi nullum plane in arte ſalutari præſtarent uſum. Ampliant illæ certe medici cujusque cognitionem &, ad inveniendas novas rerum medicarum ideas, haud parum faciunt.

§. LXX.

Quomodo oriantur?

Formamus nobis Ideas morbi arbitrarias, quando unam alteramve novam morbi determinationem pro

lubitu adjicimus. *Ex gr.* Ideæ febris generatim confideratæ fi adjiciatur nova hæc determinatio: *quod intermittat*, exiftit idea febris *intermittentis;* fi: *quod remittat, non intermittat*, idea febris *continuæ* oritur. Porro, fi ideam febris ita determinemus: *quod non ultra vigefimum primum diem perduret, fed aut quarto, aut feptimo, aut nono, aut undecimo plerumque die finiatur*, ideam febris *acutæ;* Si vero hanc addamus determinationem: *quod ex inflammatione partis cujusdam interioris originem fuam trahat*, ideam febris *inflammatoriæ* obtinemus. Et denique fi fingamus: *quod in febre fymptomata fint opinione graviora*, ideam febris *malignæ;* fi: *quod plures homines eodem tempore corripiat, epidemicæ*, & fi: *febrem e contagio exiftere*, ponamus, ideam febris *contagiofæ,* eamque propterea arbitrariam acquirimus, quod in ea effingenda phantafiæ noftræ arbitrio ufi fumus.

§. LXXI.

Veritates pathologicæ quærendæ.

At progrediendum nobis potius ad Veritates pathologicas eft, & indagandum, quid certi, quod ad caufas, fubjecta, ac differentias morbi determinandas faciat, invenire poffimus.

§. LXXII.

Caufa morbi quid & quotuplex?

Ante omnia, quid fit caufa morbi & quam varia in Pathologia recenfeantur caufarum genera, breviter exponam. *Caufa morbi,* præfertim efficiens, fine dubio omne id eft, quod rationem aliquam, cur exiftat morbus, in fe continet. Caufa autem illa eft *α) vel immediata* five *proxima*, ut nulla alia interveniat caufa; *vel mediata.*

β) vel

β) *vel interna* in corpore ægroti; *vel externa*, extra corpus.

γ) *vel res* N) *naturalis*, quæ ad conſtituendum ſtatum hominis naturalem pertinet;

ב) *vel non naturalis*, cujus quidem uſus ad conſervationem hominis multum confert, abuſus autem in morbos nos conjicit. Ut 1) *äer*; 2) *cibus & potus*; 3) *motus & quies*; 4) *ſomnus & vigiliæ*; 5) *animi affectus*; 6) *excreta & retenta*.

ג) *vel res præternaturalis*, quæ præter naturam in corpore hominis exiſtit ex. gr. *morbus ejusque ſymptomata, vermes, calculi, aliaque animalcula* in *corpore hominis generata*, omne quoque, quod *alienum* in corpore deprehenditur.

Denique inter cauſas morbi, quas ſingulas ſpeciatim recenſere, nimis longum foret,

δ) alia dicitur *antecedens, ſive prædiſponens, græce* προηγουμένη, quæ corpus hominis ad facilius ſuſcipiendum morbum diſponit, quo refertur *Plethora; cacochymia; habitus corporis; temperamentum; ſexus; ætas, omnesque ejus periodi; diſpoſitio hæreditaria; Idioſyncraſia; & res omnes præter naturam in corpore generatæ.*

ε) alia *procatarctica* vocatur, quæ non ſola quidem, at junctis tamen cum alterius cauſæ viribus, morbum efficere poteſt.

Hæc in memoriam revocaſſe, ſufficiat.

LXXIII.

Quomodo inveſtigetur cauſa morbi proxima.

Medicinæ ſtudioſus in ſupra datis caſibus *cauſam Pleuritidis veræ* ſive morbi cujuscunque *proximam* inveſtigaturus, ad id inprimis attendere debet, quo poſito ponatur, & quo ablato tollatur morbus. Ponitur

tur autem pleuritis, posita *inflammatione pleuræ*, & cognita è signis suis hac pleuræ inflammatione, ipsa cognoscitur Pleuritis vera, ejusque causa proxima atque immediata.

LXXIV.

Nec non reliquæ morbi causæ.

Supra (§ 30. 31.) posuimus judicia intuitiva, non de notis solum essentialibus, sed & de rebus aliis, ad essèntiam morbi minime pertinentibus, ex gr. *de plethora, ætate & temperamento ægroti, item, de nimio corporis motu, atque agitatione insolida. &c. &c.* Facile nunc ex iis reliquæ Pleuritidis causæ deligi, & referri ad causas *antecedentes:* ætas, plethora ac temperamentum &c.; ad causas autem *procatarcticas:* motus corporis nimius, insolitaque ejus agitatio &c. possunt. Ut itaque vel ex hac parte verum sit, quod diximus (§. 32.): judicia ituitiva, eaque, quæ ad essentiam morbi haud pertinent, non sine usu esse.

§. LXXV.

Ne in errorem circa causas morbi incidat, medico cavendum est.

Cæterum prospicere sibi medicus quam maxime debet, ne in errores circa causas morborum, eorumque symptomatum incidat. Quod haud raro fit, si è sola conjunctione fortuita & nexu rerum medicarum subitaneo, quod unum alterius caussa necessario sit, incautus arguat. Usus enim quotidianus & plurima exempla docent, ea nonnunquam casu conjungi, quorum alterum alterius causa minime est. V. gr. ægrotus, cui medicus, instante febris accessione medicinam adhibet, sequenti tempore, subsecuta symptomatum exacerbatione, imprudens judicare posset, adhibitam sibi a medico medicinam causam exacerbationis symptomatum esse, quæ tamen ex ipsa febris natura ejusque caussis, minimeque ex effectu medicinæ consequitur.

§. LXXV.

§. LXXVI.

Subjectum morbi.

In Pathologia non de cauſis ſolum, ſed de Subjectis quoque morborum agitur. Dicitur autem *Subjectum morbi* is hominum, qui præter cæteros obnoxius certo cuidam morbo eſt. Et pars corporis præternaturaliter mutata, *pars affecta; ſedes* morbi, ſive etiam *ſubjectum* morbi *ſpecialiſſimum* vocatur.

§. LXXVII.

Unde cognoſcatur?

Cognitionem ſubjectorum morbi optime acquirimus per cognitionem cauſarum prædiſponentium ac procatarcticarum. Ad hanc ducunt (§. 74.) judicia intuitiva. Ergo & ad illam conſequendam judiciorum, quæ e propoſitis caſibus eruimus (§. 30. 31.), intuitivorum inſignem uſum eſſe, clare eluceſcit.

§. LXXVIII.

Subjecta Pleuritidis veræ recenſentur.

Subjecta maxime proclivia Pleuritidis veræ ſunt:

a) *juvenes atque viri;*
b) *iique, quibus temperamentum eſt ſanguineum, aut cholericum, aut cholerico ſanguineum.*
c) *ſexus virilis magis, quam fœmininus.*
d) *homines, quibus rationes vitæ non concedunt, ut ab injuriis temporis verni, aut autumnalis, tempeſtatis maxime variantis ſibi caveant.*
e) *illi quoque, quibus habitus corporis eſt ſucculentus, aut ſtatus plethoricus.*
f) *quibus excretiones ſanguinis per hæmorrhagiam narium, aut per hæmorrhoides, aut per menſtrua ſupprimuntur;*

g) *vel, qui evacuationes ſanguinis artificiales per venæ ſectiones, aut per cucurbitulas, aut per hirudines corpori admotas, præſertim, ſi certis id agere temporibus ægri conſueti fuerint, imprudenter negligunt.*

h) *nec non, qui victu lautiore & potu utuntur generoſiore, vehementioribusque obſequuntur animi affectibus.*

i) *qui corpus calens frigori exponunt, aut præter modum exagitant, vel denique corpori calenti potum frigidum ingerunt. &c. &c.*

§. LXXIX.

Differentia morbi unde addiſcatur?

In Pathologia denique cognitio de *differentia* morborum jure ſibi locum vindicat. Quam certe cognitionem facile obtinebit medicinæ ſtudioſus, quam primum ſibi formaverit definitionem morbi nominalem atque realem. Quippequæ ſufficientes exhibet notas, e quibus differentia morbi a morbis aliis addiſci poteſt (§. 47.)

§. LXXX.

Differentia Pleuritidis veræ a morbis aliis.

Ita Pleuritis vera per notas e ſupra datis caſibus evolutas eſſentiales (§. 48. 49.) a morbis omnibus aliis differt & quidem

1) *a ſpuria,* cum in hac

α) *febris aut nulla, aut certe levior tantum;* in pleuritide autem vera febris ſit acuta eademque gravior.

β) *muſculi intercoſtales pro ſubjecto a medicis habeantur ſpecialiſſimo;* in pleuritide autem vera pars corporis adfecta pleura ſit.

2) a *Peripnevmonia;* quia in hac

α) *do-*

α) *dolor gravativus* magis quam pungitivus, &
β) *ſedes morbi tela pulmonum veſicularis* eſt.

3) a *Splenitide; Hepatide* ac *Nephritide;* cum in illa *pleura;* in his autem *ſplen,* hepar & renes ſubjectum morbi ſpecialiſſimum ſint.
4) a *febribus intermittentibus;* quod juncta illi eſt febris *acuta,* quæ nunquam ex toto intermittit.
5) ab ipſis autem *febribus acutis* pleuritis vera eo differt, quod febris non ſolum acuta, ſed etiam *inflammatoria* eſt.
6) *Epidemica* tum demum pleuritis dicitur, ſi *eodem* tempore *plures* homines invadat; ac
7) *contagioſa,* quando e *contagio* ortum ſuum trahit. Et denique
8) *exanthematica* fit pleuritis, ſi eam *exanthemata* ſequantur, quæ in datis noſtris duobus caſibus conſecuta non ſunt. rel. rel.

§. LXXXI.

Quid ſit curare morbum?

Inventis hisce veritatibus pathologicis ſuperſunt Veritates therapevticæ, de methodo curandi morbos inquirendæ. *Curare* ægrotum nihil aliud eſt, niſi morbum depellere, ejusque cauſam removere proximam, ſic, ut corpus hominis ægroti obeundis ſuis functionibus naturalibus denuo aptum fiat.

§. LXXXII.

Et quotuplici id modo fiat?

Morbus ejusque cauſa immediata vel tollitur ex toto, quo caſu *curatio* dicitur *fundamentalis;* vel morbus non removetur ex toto, ſed ſymptoma tantum aliquod mitigatur, quæ curatio vocatur *palliativa.*

§. LXXXIII.

Indicantia & Indicatio.

Id, ex quo medicus intelligit, quid ipsi faciendum sit, quò facilius sanitatem hominis ægroti, curæ ac fidei suæ commissi, restituat, *indicans*; & speciatim, e quo cognoscit, vires corporis præcipue conservandas esse ac instaurandas, indicans *vitale*; porro quod, qua ratione, remota causa morbi proxima, sanitas corpori reddatur, indicat, indicans *curatorium*; & denique, quod, rationem potissimum symptomatis gravioris habendam, ipsamque curationem morbi tantisper differendam esse, suadet, donec symptoma urgens mitigetur, indicans *symptomaticum* nominatur. Ipsa vero actio, quæ suscipienda a medico clinico est, ut certius ac citius curetur morbus, *indicatio* nobis audit, quæ pro diversitate indicantium vel *curatoria*, vel *vitalis*, vel *præservatoria* est.

§. LXXXIV.

In casibus supra datis quæ sint?

Indicantia morbi illius curatoria, quem e supra positis casibus evolvimus, alia certe non sunt, nisi: *febris acuta inflammatoria, & dolor lateris pungitivus*; ipsaque *inflammatio pleuræ*. Indicatio itaque est: *depellere febrem acutam inflammatoriam, ac inflammationem pleuræ discutere.*

§. LXXXV.

Indicata sive remedia.

Hoc fit remediis, alias *Indicata* dictis, vel desumtis *e fonte pharmacevtico*, quæ ars pharmacevtica; vel *e fonte chirurgico*, quæ ars chirurgica; vel *e fonte diætetico*, quæ diæta sive ratio vivendi subministrat.

§. LXXXVI.

Quæ heic adhibenda sint?

E quibus, mea quidem sententia, ad tollendam febrem acutam atque inflammatoriam, nec non ad resolvendam pleuræ inflammationem, quam maxime conducit, ut sub initium morbi *laxans aliquod lene, salinum & temperans magis quam laxans e sale polychresto & manna electa;* dein *venæ sectio*, eaque pro re nata *bis* vel *ter* iterata; denique *antifebrilia*, *nitrosa*, *resolventia, & specifica antipleuritica rel. rel.* adhibeantur.

§. LXXXVII.

Methodus medendi.

Verum quum *methodus medendi* non solum in cognitione indicantium atque indicatorum consistat, sed insuper rectum horum ægro adhibendorum ordinem requirat, de ea quoque, ut solliciti simus, necesse erit.

§. LXXXVIII.

Qualis in supra datis casibus observari debeat methodus.

Mihi certe ordo sive methodus, adhibendi e tribus (§. 85. 86.) enarratis fontibus remedia, in casibus supra datis sequens optima esse videtur:

A) *ut medicus primo morbi sese manifestantis die, quo in auxilium ægri vocatur, ventriculum a cruditatibus mucidis, viscidis ac biliosis exoneret, idque hoc medicamento laxante leniori ac temperante:*

℞ Mann. elect. ℥j.
⊖is polychr. Segntt. ʒvj.
M. solv. in ▽. veron. vinos. q. s.
adde ☍ anis. gtt. ij. c. sacch. mixt.
D. S. Lapier Tränklein auf 1. mal zu nehmen.

B) *ut eodem die ægro, hora a meridie quarta, ac vespere ante tempus somni, sequens in aqua appropriatus pulvis proponatur:*

℞

℞ Oc. ♋. citr. ℈. j.
Mand. luc. pisc.
Arcan. 2pl.
♁tr. puris. aa. ℈ß.
Croc. or. gr. j.

misc. rep. in duplo. D. ad tot chart. distinct. S. 2 Pulver, das eine Nachmittags um 4 Uhr, das andere aber vor schlafen gehen zu nehmen.

℞ Syr. Card. M. ℥ij.
▽ scabios.
Card. Ben. aa. ℥j.
Veron. vinos. ℥ß.
m d. s. Wasser zu denen 2 Pulvern.

C) *ut die altero sanguis e brachio ejusdem lateris, in quo dolor est punctorius, ad uncias octo vel novem detrahatur.*

D) *ut hoc quoque die pulveres supra dati, eo, quo dictum est, tempore reiterata vice porrigantur.*

E) *ut, crusta alba supra in cruore sanguinis apparente, venæ sectio tertio vel quarto die, nisi urina turbata jam sit, ad uncias sex vel octo vicissim repetatur. Non tamen sanguis tunc e brachio, sed e pede mittatur.*

F) *ut æger, horis ejus diei matutinis bis, nec non hora a prandio quarta & antequam se somno det, iisdem pulveribus denuo utatur.*

G) Quo facto, die sequenti utiliter hoc ægro medicamentum adhibetur:

℞ Syr. Papav. err.
Loch. de farfar. aa. ℥vj.
▽ Card. Mar. ℥jv.
scabios. ℥ij.
Mandib. Luc. pisc. ʒj.
♁ii diaph.
Oc. ♋ citr.
♀ri ⊖lati.
♁ri depur. aa. ʒß.

Cinnab.

Cinnab. nat. gr. Xij.
Croc. or. gr. IV.
M. D. S. Mixtur, alle 2 Stund 2 bis 3 Löffel voll davon zu nehmen.

H) *Id genus medicamentorum internorum, mutatis quippe mutandis, medicus per omnem morbi decursum continuet.*

J) *Quoniam vero in omni dolore corporis fibræ partis dolentis sunt strictiores, unguentum quoque adjiciendum est, quo illæ emolliri ac relaxari possint.*

℞ Ungt. Popul.
Pector. aa. ℥ß.
Spermat. Cet.
Camph.
Ori. aa. ʒj.
m. d. ad oll. s. Brust Salben, den schmerzhaften Ort öfters warm damit zu schmieren.

K) *Caput si dolet, aut mens turbata est, leniter illud perfricare & spiritu vini camphorato crocato perfundere; sternutamentis quoque, sale quodam volatili naribus admoto, (cautione tamen adhibita, ne turbæ in cerebro creentur,) excitare, partesque inferiores emplastris vesicatoriis, brachio & pedi adhibitis, exulcerare oportet, quo sanguis in membranis cerebri subsistens discutiatur, ac depellatur.*

L) *a vino æger per omnem morbum abstineat, & utatur aqua e pane tosto, aut sequenti Ptisana:*

℞ C. C. rasp.
rad. Liquir. aa. ʒß.
Sem. fœnic.
anis. aa. ʒij.
m. decoq. in suff. quant. æquæ ad reman. ℔iij. D. S. species zu einem Decocto, nach Belieben kalt zu trinken.

M) ut

M) *ut tussis emolliatur pituita, & dolor lateris punctorius mitigetur, hoc adhibe decoctum calidum:*

℞ Spec. Pector. Aug. ℥j.
Rad. Liquir.
Sem. Card. M. aa. ℥ß.
anis.
fœnic. aa. ℨij.
HB. Hysop.
Cheref.
Fl. Papav. err. aa. Mß.

M. D. L. a. p. S. 1-2. Löffel voll davon mit einer starken ¼ Maaß Wasser, so lang, als ein weiches Ey zu sieden und des Tages öfters, wie ein Thee, zu trinken.

N) *Victu quoque æger utatur quam tenuissimo, ex jusculis gallinaceis cum HB. Cherefol. decoctis, vel cremore hordei &c. adjecto, item vitello ovi.*

Hæc nostra medendi methodus in supra dicto morbi genere est specialissima, & multis experimentis comprobata. Salvo aliorum, aliter, rectiusque sentientium, judicio.

§. LXXXVIII.

Finis.

Fidem jam, ut spero, liberavimus, remque eo perduximus, ut specimini huic, quod viam inveniendi, quid cuivis dato casui medico veri insit, demonstrat, finem imponere possimus. Faxit Deus, ut ea, quæ diximus, cedant & in nostram, & in proximi salutem.

Scripsi Hamburgi anno 1769.



Anhang
eines
Schreibens
an einen Freund,
die
Einimpfung der künstlichen Blattern
betreffend.

Mein Freund!

Seit dem ich die Ehre gehabt, Dieselbe persönlich zu kennen, habe ich mehr als einmal gewünschet, Ihnen thätige Proben von meiner Hochachtung und von der mir obliegenden Pflicht, alle Menschen brüderlich zu lieben, geben zu können.

Sie begehren von mir, daß ich meine Gedanken über die getheilte Meynungen der Aerzte von der Blatter-Einimpfung und über die verschiedene Methode, deren man sich bey dieser Sache bedienet hat, Ihnen mittheilen und freimüthig bekannt machen solle. Die Ursachen, welche mich bis dahero davon abgehalten haben, wissen Sie schon. Sie wissen auch, daß es überhaupt eine bedenkliche Sache ist, sich in die gelehrte Streitigkeiten unserer Zeit einzulassen. Unterdessen, damit ich einigermaßen mein Wort halte, so sage ich Ihnen mit aller Freiheit, die mir eigen ist, daß ich glaube bey dem Lesen verschiedener Schriften, und aus der mündlichen Unterredung mit Aerzten und mit Eltern, ja wohl auch mit Gottes Gelehrten, welche davon zu ganzen Gemeinen gesprochen haben, bemerket zu haben, daß man sich hier wechselsweise mit schönen Redensarten, mit Figuren der Redekunst u. s. w. abzuspeisen und zu blenden suchet. Nichts ist leichter auf der Welt, als die Blatter-Einimpfung **ein Geschenk der Vorsehung**, ein Hülfsmittel, das die Vorsorge der Natur darbietet, die erste und letzte Zuflucht der väterlichen Zärtlichkeit zu nennen. Ich dächte, daß es rathsamer wäre, diese Ehren-Nahmen so lange zu versparen, bis viele Dinge durch eine längere Erfahrung bestätiget worden sind, die man zu voreilig als erwiesen und ausgemacht zum voraus gesetzt und angenommen hat.

Ein specifiques Blatterngift, ein allgemeines Gift, das in der ganzen menschlichen Natur lieget, eine gewisse Gleich-

Gleichförmigkeit in der Entstehung, in der Wirkung, in der Vertreibung, in der Mittheilung dieses Giftes, lassen sich so leicht nicht gedenken, als man glaubt. Sonst würden die Alten, diese fleißige und genaue Beobachter der Natur, uns von diesem Fehler der Natur ausführlicher benachrichtiget haben, als es von ihnen geschehen ist. Ja! der Begriff selbst, den man sich von einem Gift machet, in so fern derselbe **ein besonderer Körper ausser uns**, oder eine gewisse fatale Mischung der thierischen Theile in uns ist, dieser Begriff, sage ich, ist weder bestimmt, noch deutlich genug, daß man ihn sicher auf die Blattern anwenden könnte, so oft von einer gewissen Mittheilung des Blattern Giftes die Rede ist, welche bey der Einimpfung geschehen soll. Jeder Körper, am allermeisten aber die thierische, und unter diesen vornemlich der menschliche Körper hat sein eigenes, sein besonderes, das ihn caracterisiret. Man lese, was der vortrefliche Haller hievon in seiner Vorrede zu dem Basponischen Werke geschrieben hat: so wird man leicht einsehen, daß es bey der unermeßlichen Mannigfaltigkeit und Veränderung der Natur unmöglich ist, eine sichere und überal passende Beschreibung von einer einzigen Schlagader eines menschlichen Armes zu liefern. Nach der Aehnlichkeit läßt es sich leicht schliessen, und mit der grösten Wahrscheinlichkeit läßt es sich in der Ausübung annehmen, daß die flüßige Theile unsers Körpers, in welchem die Blattern ihren Ursprung und ihren Sitz haben, eben so weit, ja noch weiter von einander abgehen.

Aber sagt man uns, die gehörige Vorbereitung, die von jedem vernünftigen Arzt angerathen und vorgeschrieben wird, kan diese Hinderniß heben, und die Mannigfaltigkeit der Natur in denen so verschiedenen Leibesbeschaffenheiten auf etwas einfaches zurückführen. Ich höre von einer vernünftigen Vorbereitung auf eine künftige

tige Gefahr sprechen. Ich halte mich also für berechtiget zu fragen: welches wird wohl diese Vorbereitung seyn? Eine Vorbereitung, welche die Natur selbst nicht selten veranstaltet, wann sie den Menschen zu einem bevorstehenden Uebel, oder vielmehr zu der Ueberwindung dieses Uebels stark, standhaft, und geschickt genug machen will? Ich solte würklich denken, daß, da die Pocken gegenwärtig, gleich der Erbsünde, fast zu allen Menschen hindurch gedrungen sind, bey denen meisten unter ihnen eine gewisse nähere oder entferntere Vorbereitung zu denen Blattern voran geschickt werde, auf die man billig genaue Acht haben und in einem Werke, das dem Tissotischen ähnlich wäre, zu dem allgemeinen Besten des menschlichen Geschlechts, die hierüber gesammlete Anmerkungen kund machen solte. Verstehet man aber unter dem Wort: Vorbereitung; eine künstliche Vorbereitung zu einem künftigen Uebel, so bitte ich abermalen, reiflich zu überlegen, ob nicht eines durch das andere gefährlich gemachet werde. In welchem Punct seines unaufhörlichen Lauffens wird wohl der Arzt den menschlichen Körper aufhalten, um ihn zu der bevorstehenden Einimpfung geschickt zu machen? Ohne Zweifel wird er die bequemste Jahreszeit dazu wählen. Lassen Sie eine für der andern zu dieser Absicht besser seyn. Die sicherste kan sie niemals heissen, weil sie zu einer Sache gebraucht wird, die selbst in ihrem Wesen unsicher ist. Wann dann endlich dabey auf die Himmelsgegend und auf die Beschaffenheit der Luft gesehen werden soll, so verdienet der Heldenmuth gewisser Aerzte bewundert zu werden, die nicht damit zufrieden sind, daß sie den allzugrossen Einfluß der Luft fast aus eben denen Gründen läugnen, aus welchen der Einfluß der Planeten auf das Genie und Gehirn verworfen worden ist; sondern noch weiter gehen und dem Elemente troß bieten. Sie verlangen, daß man die inoculirte Kinder in die freie Luft gehen lasse, ohne sich zu erkundigen,

ob

ob sie an eine freie Luft zuvor gewöhnt sind, ohne zu fragen, ob an dem Orte, wo sie wohuen, in der Strasse wo sie sich aufhalten, es eine freie Luft gebe, oder nicht. Welches letztere öfters in Hamburg stat findet, wo man alles, was nicht in vier Wände eingeschlossen ist, frische Luft nennet. Einige gehen noch weiter, und erlauben inoculirte Kinder in die Hohlung zu stellen, und setzen sich selbst zum Bürgen ein, daß nichts Böses daraus folgen werde. In der That, diß heißt viel gewaget. Meinetwegen mag es immer die Gewohnheit von Engeland seyn, wiewohl ich sehr daran zweifle. Der Engeländer thut an seinem eigenen Leben, was der Teutsche am allerwenigsten an dem Leben eines andern nachthun darf. Haben wir Hamburger das Temperament, die Luft, die Lebensart der Engeländer? Je mehr ich der Sache nachdenke, desto wahrscheinlicher wird es mir, daß, wann auch durch die Einimpfung das Blattergift rege gebracht und ihm zum Ausbruch fortgeholfen wird, doch nicht das ganze Gift ausgetrieben werde; sondern daß vornemlich bey der Freiheit, eine völlig freie Luft zu geniessen, die selbst den Schweiß hindert und zurück hält, der subtilste Theil dieses Giftes, der auf eine andere Art durch die poros würde gedrungen seyn, zurück gehalten werde. Da sich dann im Verborgenen der Stoff zu einer neuen Krankheit sammlet, die vielleicht gefährlicher, als die Pocken selbst, ist. Diese Erfahrung fehlet noch, ob nehmlich inoculirte Kinder, wann sie auch von der Wiederkunft der wahren Blattern befreiet bleiben, nicht bald darauf andern Uebeln unterworfen, oder zu einem siechen und kränklichen Leben überhaupt disponiret werden.

Ferner hat die Natur keine Zeit für die natürliche Blattern vest gesetzet, indem sie jedes Alter damit heimzusuchen pfleget. Was sie nicht gethan hat, das wolten wir gerne thun. Nur Schade! daß wir keinen sichern

chern Grund von unserem Verfahren anzugeben wissen. Wolte man aus der Naturlehre antworten, daß die feinere Haut der Kindheit und Jugend den Durchbruch der Blattern erleichtere: so setze ich dagegen, daß das hitzige Blut eben dieser Jahre die Mittheilung eines fremden Bluts mehr verabscheue.

Spricht der Moralist: daß an dem Leben eines Kindes und Jünglings, der noch eine weite Aussicht in die Welt vor sich hat, mehr als an dem Leben eines Mannes oder Greisen gelegen sey: so antworte ich in eben diesem Tone, daß so bald es auf die Erhaltung des menschlichen Lebens ankömmt, und auf Rechenschaft gesehen wird, die das Gewissen des Arztes davon geben muß, ein Jahr so gut, als 10. oder 20. Jahre sind. Beyde sind von der Vorsehung gezählet und abgewogen. Beyde müssen uns ehrwürdig und heilig seyn.

Tritt endlich die väterliche Zärtlichkeit dazwischen, die, zu der Erhaltung ihrer Kinder jedes Mittel zu gebrauchen, anrathet: so rathe ich selbst, nichts auszuschlagen, das sicher und folglich erlaubt ist. Ich werde die gebeugte Eltere nicht herbeirufen, die in dem Verlust ihrer Kinder die Verwegenheit des Arztes, nebst denen üblen Folgen der Einimpfung, mit einem Gewissen beklagen, das sich immer Vorwürfe macht. Aber die Religion will ich noch dieses hinzu setzen lassen: Mäßigkeit und eine vernünftige Erziehung können die natürliche Blattern öfters abhalten, fast immer unschädlich lassen. Lasset uns das übrige der Vorsehung anvertrauen. Sie ist eifersüchtig auf alles, was wir Menschen selbst erkünstlen, um uns von ihr gleichsam unabhängig zu machen. Sie ist gütig und voller Nachsicht gegen jedem, der sich ihr überlässet. = = Diß sind mein Freund! meine kurze unpartheyische Gedanken.

leben Sie, wie ich von Herzen wünsche und hoffe, vergnügt, und nehmen Sie die Versicherung von mir an, daß ich mit vieler Hochachtung jederzeit seyn werde,

Dero

Hamburg den 26. Dec.
1769.

Ergebenster Diener.
Brecht. D.

